

das peccavi auszusprechen, dann werden wir mit Pius VII. er-
bauen und man wird uns wie ihn für heilig halten.

Der erste Schritt zur Reform ist die Einsicht und Er-
kenntniß der Fehler.

Damit wir sie einsehen, müssen sie besprochen werden.
Damit uns diese Besprechung zu dieser Einsicht bringe, dazu
gehört Demuth, diese kommt durch die Gnade Gottes, um die
wir beten müssen. Amen.

Die offiziellen Dokumente der Peters-Feier in Rom im Jahre 1867.

Welcher Katholik und insbesondere welcher Geistliche
wäre nicht ganz und gar durchdrungen von der Bedeutung,
welche das Peters-Fest vom Jahre 1867 nicht bloß für Rom,
sondern auch für die ganze katholische Welt in unserer so glau-
benslosen und kirchenseindlichen Zeit hat! Es dünkt uns daher
ganz überflüssig, hierüber noch viel Worte zu machen und das
zu wiederholen, was die katholischen Zeitungen, welche über
dieses so großartige Fest Berichte gebracht haben, zur Genüge
hervorgehoben haben. Dagegen wird es den verehrten Lesern
dieser Zeitschrift gewiß angenehm sein, wenn wir ihnen im
authentischen Texte nach dem offiziellen Journal von Rom jene
Dokumente vorlegen, in welchen der heilige Vater selbst und
ebenso die zu Rom versammelten Bischöfe der katholischen Welt
ihrer eigenen Anschauung von der Bedeutung und Tragweite
der römischen Peters-Feier vom Jahre 1867 einen bestimmten
und klaren Ausdruck gegeben haben, und die demnach sowohl
aus diesem Grunde als auch ob der edlen und erhabenen
Sprache, in der sie abgefaßt sind, in theurer Erinnerung be-
halten zu werden verdienen.

Es gehört hieher vor allem die Ansprache, welche der heilige Vater am 25. Juni an die ungeheure Schaar der Priester, welche aus allen Theilen der Welt nach Rom gepilgert waren, gehalten hat. Dieselbe lautet im Originaltexte folgendermaßen:

Iucundissima quidem Nobis est maxima et mira vestra frequentia, Dilecti Filii, qui sanctissimo sacerdotio ornati vestrorum Antistitum vestigia sectantes ad Nos, et ad hanc Romanam Beatissimi Petri Apostolorum Principis Sedem hoc auspiciousimo tempore tanta alacritate convolastis. Equidem haec eximia vestra erga Nos, et eandem Sedem pietas, devotio, et observantia summam Nobis affert consolationem inter gravissimas, quibus affligimur, acerbitates. Itaque nihil Nobis gratius, quam intimo paterni Nostri cordis affectu vos alloqui, qui in Dei exercituum militiam cooptati, et in sortem Domini vocati, ipsum Dominum elegistis tamquam partem haereditatis vestrae. Vos ii estis, quos Deus singulari beneficio in Ecclesia sua ad excelsam Sacerdotalem dignitatem evexit, et separavit ab omni populo, sibi que iunxit, ut serviatis Domino, et stetis coram frequentia populi, ac ministretis ei, et Deo orationes, obsecrationes, et hostiam puram, sanctam, immaculatam pro vestra, ac totius mundi salute offeratis. Hinc per vos ipsi probe noscitis, nihil vobis potius esse posse, quam morum gravitate, vitae innocentia, integritate, castitate, omniumque virtutum ornatu, ac sacrarum praesertim disciplinarum scientia quotidie magis fulgere, ut cum humani generis hostibus strenue pugnare, et maiorem Dei gloriam, animarumque salutem procurare valeatis. Videte ministerium, quod accepistis in Domino, ut illud impleatis ¹⁾ in hac potissimum tanta temporum asperitate, ac tanta inimicorum hominum contra divinam nostram religionem conspiratione et errorum colluvie. Quocirca, Dilecti Filii, arcissimo inter vos caritatis vinculo coniuncti, et illustria vestrorum Antistitum exem-

¹⁾ Coloss. 4. v. 17.

pla aemulantes, sub eorum ductu laborate veluti boni milites Christi Iesu. Ab hac igitur urbe in vestras Dioeceses reversi omnes sacri vestri ministerii partes diligenter ac sancte implere contendite, et fidelibus curae vestrae praesertim commissis catholicam unitatem et doctrinam ac debitam huic Petri Cathedrae omnium Ecclesiarum matri et magistrae, eiusque documentis obedientiam reverentiamque inculcate, ne circumferantur omnivento doctrinae in nequitia hominum, in astutia, ad circumventionem erroris. Vos, ut divini verbi interpretes, evangelizetis oportet, et quidem continenter Evangelium Dei sapientibus et insipientibus, neque iam in sublimitate sermonis, sed in doctrina spiritus praedicate Iesum Christum, et hunc crucifixum, ac nunquam desinite errantes ad salutis tramitem revocare, omnesque exhortari in doctrina sana. Cum autem sitis dispensatores mysteriorum ac multiformis gratiae Dei, omni sacrorum ope procurate christianam plebem vobis concreditam, et maxime aegrotos, ne quid eis auxilii unquam desit, quo facilius ipsi cum morte iam colluctantes, daemonis insidias retegant eiusque tela devitent. Dum haec agitis, nolite committere, ut non detis lac parvulis potum, quin immo nihil magis vobis eordi sit quam omni cura rudimenta fidei, morumque disciplinam patienter admodum puerulos docere, eosque ad pietatem omnemque virtutem formare. Summo autem studio auxiliariam vestram operam vestris Antistitibus navantes, eisque illa, qua par est, reverentia obsequentes, omnia peragenda curate, ut quod in propria cuiusque vestrum Dioecesi infirmum sit, sanetur, quod confractum alligetur, quod abiectum reducatur, quod perierit, quaeratur,¹⁾ ut Deus in omnibus honorificetur per Iesum Christum Dominum Nostrum.²⁾ Intentis vero animis cogitate immarcescibilem illam gloriam, quam dabit vobis Dominus iustus iudex, si inconfusibiles vos operarios invenerit in magna illa die iniquis amara valde, sed

¹⁾ Ezechiel c. 34. v. 5.

²⁾ Epist. I. Petri c. 4. v. 2.

iustis laeta, immo iucundissima. Haec cogitatio in proprii vestri ministerii partibus recte implendis vos foveat, in perferendis laboribus vos sublevet, in exequendis Dei eiusque sanctae Ecclesiae mandatis vos confirmet. Ne desinatis ferventissimas Deo offerre preces pro Ecclesiae suae triumpho, ac pace, et omnium hominum salute, Eumque semper exorate, ut divina sua gratia vestros secundet labores ad maiorem sancti sui nominis gloriam ubique procurandam. Et quo facilius Deus vestris annuat votis, deprecatores apud Ipsum adhibete primum quidem Immaculatam Deiparam Virginem Mariam, cuius et tutela tam potens, et materna in nos voluntas, ac deinde Beatissimos praesertim Apostolos Petrum et Paulum, et Caelites omnes, qui Christi vestigia sequuti triumphales iam meruerunt coronas, ac vota, praecesque nostras pronis semper auribus excipiunt, nobisque ultro etiam suffragantur, ut eiusdem gloriae consortes aliquando reperiamur. Denique, Dilecti Filii, caelestium omnium munerum auspicem, et praecipuae Nostrae caritatis pignus Apostolicam Benedictionem ex intimo corde profectam Vobis, et fidelibus vestrae vigilantiae commissis peramanter impertimur. Insuper veniam perlibenter tribuimus, ut die a proprio cuiusque vestrum Episcopo designanda, quicumque ex vestris regionibus profecti hic adestis, Apostolicam Benedictionem cum applicatione Plenariae Indulgentiae fidelibus spirituali vestrae curae concreditur semel impertire possitis, dummodo fideles ipsi Sacramentali Confessione expiati, et Sacra Synaxi refecti pro Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, ac triumpho ferventes ad Deum preces effuderint.

MONITVM.

Apostolica Benedictio, de qua supra mentio est, danda erit in forma Ecclesiae consueta, et ab iis tantummodo dari poterit, qui aut Parochi sunt, aut Parochorum auxiliares, aut Religiosarum Domuum, aliorumve Piorum Locorum, aut Institutorum christianae iuventuti educandae, aut hospitalium, aut carcerum poenaliu moderatores.

Als zweites offizielles Altstücf der römischen Peters-Feier führen wir unseren verehrten Lesern jene Homilie vor, welche der heilige Vater am 29. Juni beim feierlichen Hochamte in der Peterskirche nach dem Evangelium gesprochen hat und deren Originaltext folgender ist:

Optatissimus, Venerabiles Fratres ac Dilecti Filii, illuxit dies, quo Nobis singulari Dei beneficio datum est saecularia solemnia Beatissimi Petri Apostolorum Principis, et Coapostoli eius Pauli triumphis sacra concelebrare, ac pluribus divinae nostrae religionis heroibus Sanctorum cultum et honores decernere. Itaque exultemus in Domino, et spirituali iucunditate laetemur, cum gloriosus recurrat dies summa universi catholici orbis et huius praesertim nostra urbis veneratione et gaudio colendus. Hoc enim solemnii die Petrus et Paulus Ecclesiae luminaria, Martyres summi, legis Doctores, amici Sponsi, oculi Sponsae, Pastores gregis, mundi custodes ad caelestia regna felici martyrio conscenderunt. Isti sunt viri, per quos Tibi Evangelium Christi, Roma, resplenduit, et quae eras magistra erroris, facta es discipula veritatis. Isti sunt, qui te regnis caelestibus inserendam multo melius, multoque felicius condiderant, quam illi, quorum studio prima moenium tuorum fundamenta locata sunt. Isti sunt, qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut gens sancta, populus electus, civitas sacerdotalis et regia per sacram Beati Petri Sedem caput orbis effecta latius praesideres religione divina, quam dominatione terrena. Hi sunt coniuncti Viri habentes splendidas vestes, Viri misericordiae, ac nostri veri patres, verique pastores, qui nos per Evangelium genuerunt. Quis autem Petro gloriosior? qui divino illustratus lumine primus omnium agnovit, omnibusque patefecit altissimum Maiestatis aeternae arcanum, et confitendo Christum Dominum vivi Dei esse Filium, validissima invictaque nobis credendi fundamenta constituit. Ipse firmissima est petra, supra quam aeterni Patris Filius Ecclesiam suam tanta soliditate fundavit, ut adversus eam portae inferi praevalere nunquam possint. Ipsi a Christo Domino traditae sunt

claves regni coelorum, et suprema commissa potestas, et cura pascendi agnos et oves, confirmandi Fratres, ac universam regendi Ecclesiam, et cuius fides numquam defectura neque in suis successoribus, qui in hac Romana Cathedra sunt collocati. Qui beatior Paulo? qui a Domino electus, ut portaret nomen suum coram gentibus, et regibus, et filiis Israel, pro suarum remuneratione virtutum tertium raptus ad caelum caelestia secreta cognovit, ut Ecclesiarum futurus Doctor inter Angelos disceret, quod inter homines praedicaret. Hi beatissimi Petrus et Paulus sacramentum novae legis uno spiritu praedicantes omnia pericula, difficultates, labores, poenas cruciatusque constanter pro Domino perpassi, Christi nomen et religionem in Gentes invexerunt, et Paganam philosophiam vicerunt, Idolatriam e solio deturbarunt, ac sanctissimis suis gestis scriptisque evangelicae veritatis lucem longe lateque diffuderunt, cum in omnem terram exiverit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum, ac sub unius passione diei doctrinam suam pio sanguine et morte fortissima consecrarint. Itaque, Venerabiles Fratres ac Dilecti Filii, eorundem Apostolorum gloriam solemniter, et maxima laetitia concelebrentes, et sacros eorum cineres, ad quos feliciter stamus, omni veneratione prosequentes, clarissima illorum gesta sermonibus praedicemus, atque in primis eorum virtutes omni studio imitemur.

Jam vero summo quoque gaudio perfundimur, quandoquidem Deus Nobis tribuit hoc felicissimo die Sanctorum cultum, et honores decernere invictis Christi Martyribus Iosaphat Kuncevicio Polocensi Ruthenorum Antistiti, Petro Arbuesio, Nicolao Piechio eiusque duodeviginti sociis, et binis gloriosissimis Confessoribus Paulo a Cruce, Leonardo a Porto Mauritio, ac duabus clarissimis Virginibus Mariae Franciscæ a Vulneribus Domini Nostri Iesu Christi, et Germanæ Cousin. Qui omnes etiamsi eadem nostra circumdati infirmitate et peregrini hic in terris, multisque tribulationibus ac periculis subiecti, tamen inconcussa in Deum fide ac firmissima spe et summa caritate incensi, ac

pari in proximum dilectione insignes, mortificationem Christi in corpore circumferentes, et conformes facti imaginis Filii Dei, asperrima quaeque pro Christi amore perpassi de carne, mundo, ac saevissimo Daemone splendide triumpharunt, ac sanctitatis splendore, mirisque prodigiis catholicam illustrarunt Ecclesiam, et clarissima nobis imitanda virtutum omnium reliquerunt exempla. Nunc vero facti amici Dei in caelesti Ierusalem induti stolis albis exsultant in gloria, et inebriantur ab ubertate domus Dei, propterea quod Dominus laetificat eos in gaudio cum vultu suo, et torrente voluptatis potat eos, ac fulgentes sicut sol coronati possident palmam, et regnant cum Christo in aeternum, Eumque pro nobis, exorant, cum de propria immortalitate securi, sint adhuc de nostra salute solliciti.

Humiles igitur, Venerabiles Fratres ac Dilecti Filii, Deo totius consolationis agamus gratias, quod inter tantas, quibus affligimur, Ecclesiae, civilisque societatis calamitates, pericula, per hos clarissimos Martyres, Confessores et Virgines nova ac valida Ecclesiae suae sanctae praesidia, et illustria fidelibus populis virtutum documenta dare sit dignatus. Summo autem studio insignia horum Sanctorum vestigia sectemur, et ideoque eiusdem fidei, spei, caritatisque in Deum spiritu magis in dies inflammati terrestria despiciamus, et caelestia unice spectemus, atque alacriori usque pede per semitas Domini ambulemus, et abnegantes saecularia desideria sobrie, iuste, ac pie vivamus, et omnes unanimes, compatientes, confraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles per bona opera certam nostram vocationem, et electionem facere studeamus.

Sed iam liceat Nobis cum omni humilitate, et fiducia levare oculos Nostros ad Te, Domine Deus Noster, qui dives in misericordia omnipotentiam Tuam parcendo maxime, et miserando manifestas. Intuere propitius et respice Ecclesiam Tuam sanctam tot undique iactatam procellis, et humanam societatem tot agitatam turbinibus, ac per merita Apostolorum Tuorum Petri et Pauli, et istorum Martyrum, Confessorum et Virginum averte

iram Tuam a nobis, et multiplica super nos misericordiam tuam, et fac omnipotenti Tua virtute, ut Ecclesia de suis hostibus triumphans ubique terrarum magis in dies prospere, feliciterque propagetur, et omnes populi, cunctis depulsis erroribus, cunctisque vitiis profligatis, occurrant in unitatem fidei, et agnitionis Filii Tui Domini Nostri Iesu Christi, ac divina Tua dextera urbem hanc ab omnibus inimicorum insidiis, conatibusque tuere, ac defende.

Weiters lassen wir im Originale sammt den Unterschriften die Adresse folgen, welche am 1. Jult dem heiligen Vater von den in Rom versammelten Bischöfen überreicht wurde:

BEATISSIME PATER!

Apostolica Tua vox iterum auribus nostris insonuit, nuncians novum aeternae veritatis triumphum, sanctorum caelitus gloria refulgentem, et antiquum urbis aeternae, Beatorum Apostolorum Petri et Pauli sanguine consecratae decus, quorum martyrii memoria saecularis rediens, totum hodie Orbem Christianum laetitia afficit, et fidelium mentes ad salutarem maximarum rerum cogitationem extollit.

lucundissima apostolici oris ad festa talia nos peramanter invitantis verba percipere minime potuimus, quin continuo subiret animum solemniurn illorum memoria, quae, ante annos quinque, Tuo lateri adstantes in urbe peregrimus, et grati recordaremur, qua tunc nos benignitate et humanitate habueris, qua nos paterna charitate fueris in illa faustissima gratulatione complexus. Haec suavis recordatio, haec amantissimi Patris non tam iubentis quam optantis vox illam animis nostris ad romanum iter capessendum alacritatem adiecit, quam Tibi, Beatissime Pater! satis luculenter amplissima haec Antistitum frequentia, qui tertium ad Te confluerunt, et communis omnium pietas ac fidelis observantia declarant. Tam ingenti Antistitum numero, cui vix simile quid in praeteritarum aetatum memoria reperitur, par solummodo est Tua in nos charitas ac benevolentia, par unice obsequii

amorisque in Te nostri magnitudo. Hisce autem causis vehementius hodie excitamur, ut eximias virtutes Tuas, Sedem Apostolicam novo illustrantes lumine, novo etiam prosequamur honore, et augustissimum Tuum animum graves inter, quibus premeris at non concuteris, aerumnas, iterato amoris et admirationis testimonio coram solemur.

Sed dum votis obsecuti sumus Tuis, alium etiam optatissimum nobis spectavimus fructum, ut scilicet cor nostrum tot Ecclesiae malis sauciatum paterni Tui vultus recrearemur adspectu, fraternam inter nos concordiam magis magisque roboraremus, ac communem Tibi nobisque solatii et gaudii materiem quaereremus.

Hanc vero laetandi causam Tu maximam nobis praestas, dum tot novam sanctorum nomina fastis Ecclesiae inscribens homines potenter edoces quanta sit quamque inexhausta matris Ecclesiae foecunditas. Hanc triumphantium gloriosus martyrum sanguis exornat; hanc inviolatae confessionis candida induit virginitas, huius floribus nec rosae nec lilia desunt. Tu, coelestia virtutum praemia mortalibus ostendens, oculos a rerum inanum conspectu ad iucundam coeli gloriam erigere doces. Tu, dum homines mirandis ingenii sui industriaeque operibus exsultant, triumphale sanctorum Dei vexillum attollens illos admones, ut super ipsam rerum adspectabilium et gaudiorum humanorum pompam ac speciem, oculos ad Deum omnis sapientiae et pulchritudinis fontem convertant, ne ii, quibus dictum fuit: *Subiicite terram et dominamini*, obliviscantur unquam supremi illius praecepti; *Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies*.

Ast qui suspicientes coelestem Ierusalem, novorum sanctorum gloria gestientem, mirabilia Domini humili corde agnoscimus et profitemur, magis etiam ad haec celebranda incendimur, dum hodierna saeculari solemnitate immotam contemplamur petrae illius firmitatem, super quam Dominus ac Redemptor noster Ecclesiae suae molem perpetuitatemque constituit. Divina enim virtute factum cernimus, ut Petri Cathedra, organum veritatis, unitatis centrum, fundamentum et propugnaculum libertatis

Ecclesiae, tot inter rerum adversitates et non intermissa hostium molimina, octodecim iam elapsis plane saeculis, stet firma incolumisque; dum regna et imperia surgunt ruuntque vicissim, stet veluti secura pharus in procelloso vitae aequore mortalium iter dirigens, tutamque stationem et portum salutis sua luce commonstrans.

Hac fide, hisce sensibus ducti loquebamur olim, Beatissime Pater! cum ante quinquennium Tuo throno adstantes sublimi Tuo ministerio debitum testimonium dedimus, votaue pro Te, pro civili Tuo principatu, pro iustitiae ac religionis causa palam nuncupavimus. Hac fide ducti verbis scriptoque eo tempore professi sumus, nihil nobis potius et antiquius esse, quam ut quae Tu Ipse credis ac doces, nos quoque credamus et doceamus, quos rejicis errores, nos item rejiciamus, Te duce unanimes incedamus in viis Domini, Te sequamur, Tibi adlaboremus, ac Tecum pro Domino in omne discrimen fortunamque parati decertemus. Cuncta haec, quae tunc declaravimus, nunc denuo piissimo cordis sensu confirmamus, idque universo orbi testatum esse volumus; grato simul recolentes animo, plenoque laudantes assensu, quae a Te in salutem fidelium et Ecclesiae gloriam ab eo quoque tempore gesta fuerunt.

Quod enim Petrus olim dixerat: *non possumus quae vidimus et audivimus non loqui*, Tu pariter sanctum et solemne habuisti, ac nunquam non habere luculenter demonstras. Non enim unquam obticuit os Tuum. Tu aeternas veritates annunciare, Tu saeculi errores, naturalem supernaturalemque rerum ordinem atque ipsa ecclesiasticae civilisque potestatis fundamenta subvertere minitantes, apostolici eloquii gladio configere, Tu caliginem novarum doctrinarum pravitate mentibus offusam dispellere, Tu quae necessaria ac salutaria sunt tum singulis hominibus, tum christianae familiae, tum civili societati intrepide effari, suadere, commendare supremi Tui ministerii es arbitratus; ut tandem cuncti assequantur quid hominem catholicum tenere, servare ac profiteri oporteat. Pro qua eximia cura maxima Sanc-

titati Tuae gratias agimus, habituri sumus sempiternas; Petrumque per os Pii locutum fuisse credentes, quae ad custodiendum depositum a Te dicta, confirmata, prolata sunt, nos quoque dicimus, confirmamus, annuntiamus, unoque ore atque animo rejicimus omnia, quae divinae fidei, saluti animarum, ipsi societatis humanae bono adversa, Tu ipse reprobanda ac rejicienda iudicasti. Firmum enim menti nostrae est, alteque defixum, quod Patres Florentini in decreto Unionis unanimes definiverunt: *Romanum Pontificem: Christi Vicarium, totiusque Ecclesiae caput et omnium Christianorum Patrem et Doctorem existere, et ipsi in beato Petro pascendi, regendi ac gubernandi Universalem Ecclesiam a Domino Nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse.*

Sed alia praeterea sunt, quae nostram in Te charitatem, gratosque animi sensus provocant. Magna enim cum jucunditate admiramur heroicam illam virtutem, qua perniciosis saeculi machinationibus obsistendo, dominicum gregem in via salutis servare, contra seductiones erroris munire, contra vim potentium et falsorum sapientum astutiam tueri adnissus es. Admiramur studium illud fatigari nescium, quo emolumenta universae Ecclesiae, apostolica providentia Orientis et Occidentis populos complexus, promovere nunquam destitisti. Admiramur magnificum illud, quod generi hominum in peius quotidie ruenti Pastoris boni spectaculum exhibes, ipsorum etiam veritatis inimicorum animos percellens, oculosque ad se vel invitos ipsa rerum praestantia et dignitate convertens.

Perge igitur Pastorum Pastoris vicaria potestate fungens, divini Tui muneris partes Deo confisus tueri; perge vitae aeternae subsidiis pascere Tibi creditas oves; perge sanare contritiones Israel, et agnos Christi quaerere, qui perierant. Faxit Deus Omnipotens, ut, qui amoris Tui et officii sui immemores voci Tuae adhuc resistunt, meliora secuti consilia ad Te tandem redeunt, luctum Tuum in gaudium convertant. Tuarum pastoralium curarum fructus, divina benignitate adspirante, incrementum capiant

in dies; felix animarum conversio, quam Deus Te administro quotidie operatur, magis magisque amplificetur; Tuque virtutum Tuarum vi et glorioso laborum successu animabus Christo lucrifactis, prolatisque regni eius finibus, cum Domino et Magistro vere exclamare possis: *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet.*

Haec immo, Beatissime Pater! salutaris ac felicioris aevi indicia conspiciuntur. Testis amor ille, quem cunctarum nationum fideles ad quaevis pro Te exantlanda parati commonstrant, dum vires corporis et animi atque adeo vitam ipsam pro Ecclesiae iuribus et Apostolicae Sedis gloria adserenda impendere ac dicare gestiunt. Testis prona illa catholicarum mentium reverentia, quae Te supremum Pastorem cupide intuetur, quae Apostolicae Cathedrae oracula laetanter excipit, iisque firmissimo adsensu et obsequio adhaerere gloriatur. Testis illa filialis animi indoles, qua populus Christianus vestigia fidelium sequens, qui olim ad pedes Apostolorum facultates suas sponte deferebant, rerum Tuarum angustiis hucusque occurrit, et continenter eas sublevare non desinit. Haec filialis argumenta pietatis intimo pectore commoti cernimus, nunquam non operam daturi, ut sacer hic ignis in cordibus fidelium accensus foveatur et vigeat, utque tum nostro tum cleri totius exemplo animati omnes praeclaram illam voluntatem ac liberalitatem provehant, Tibique ad aeternam eorum salutem plenius procurandam temporalia adiumenta suppeditent.

Qui autem fidelium omnium erga Te pietate tantopere afficimur, Beatissime Pater! peculiaris gaudii fructum capimus ex illa fide, ex illo amore et obsequio, quo digni aeternae Urbis cives Te Patrem, Te Principem indulgentissimum complectuntur. Felicem populum ac vere sapientem! qui novit, quae sibi amplitudo et gloria ex Petri Sede in Urbe constituta proveniat, qui intelligit non alios terminos divinae erga se benignitati definitos fore, quam quos ipse sibi in sua erga Christi Vicarium observantia et in Principem Sacratissimum amore constituerit. Haec concupisce, haec sequere romana gens; sit haec constans, sit

immota pietas; sit haec romana Urbs, quam Christianus Orbis caeterarum principem suamque lubens agnoscit, caeteris exemplo praelucens, sit caelestibus gratiis donisque florens, virtutibus opibusque beata.

Id, Beatissime Pater! Tui Pontificatus splendor effecit, quo non Urbs solum Tua, sed universus orbis illustratur, cuiusque admiratio ita nos movet, ut ex illo exemplum pro sacro nostro ministerio petendum esse existimemus.

At non minus Tua vox suaviter illabens pectoris ima pervadit, quam virtutum Tuarum pontificalium imago animos nostros percellit.

Summo igitur gaudio repletus est animus noster, dum e sacrato ore Tuo intelleximus, tot inter praesentis temporis discrimina eo Te esse consilio, ut *maximum*, prout aiebat inclitus Tuus praedecessor Paulus III. *in maximis rei christianae periculis remedium*, Concilium oecumenicum convocares.

Annuat Deus huic Tuo proposito, cuius ipse Tibi mentem inspiravit; habeantque tandem aevi nostri homines, qui infirmi in fide, semper discentes et nunquam ad veritatis agnitionem pervenientes omni vento doctrinae circumferuntur, in sacrosancta hac Synodo novam, praesentissimamque occasionem accedendi ad sanctam Ecclesiam columnam ac firmamentum veritatis, cognoscendi salutiferam fidem, perniciosos reiiciendi errores; ac fiat, Deo propitio et conciliatrice Deipara Immaculata, haec Synodus grande opus unitatis, sanctificationis et pacis, unde novus in Ecclesiam splendor redundet, novus regni Dei triumphus consequatur.

Et hoc ipso Tuae providentiae opere denuo exhibeantur mundo immensa beneficia, per Pontificatum romanum humanae societati asserta. Pateat cunctis, Ecclesiam eo quod super solidissima Petra fundetur, tantum valere, ut errores depellat, mores corrigat, barbariem compescat, civilisque humanitatis mater dicatur et sit. Pateat mundo, quod divinae auctoritatis et debitae eidem obedientiae manifestissimo specimine, in divina Pontifi-

catus institutione dato, ea omnia stabilita et sacrata sint, quae societatum fundamenta ac diuturnitatem solident.

Quod ubi perspexerint principes et populi non permittent, ut augustissimum Tuum ius, omnis auctoritatis, omnium iurium certissima sanctio, impune conculcetur; imo ipsi curabunt, ut Tua Tibi constet et potestatis libertas et libertatis potestas; adsint subsidia ad sublime Tuum, illisque ipsis summe proficuum ministerium efficaciter exercendum; nec patientur, ut vox Tua a gregibus Ecclesiae sanctae addictis prohibeatur, ne pabulo aeternarum veritatum privati misere contabescant, laxatisve apud eos obedientiae et reverentiae erga divinum in Te residens magisterium vinculis, illa quoque auctoritas, qua reges regnant et legum conditores iusta decernunt, in certissimum status civilis detrimentum labefactetur.

Haec est spes nostra, quam corde fovemus. Hoc continuum precum nostrarum est semperque erit argumentum.

Macte ergo animo, Beatissime Pater! perge navim Ecclesiae inter medias procellas segura, ut suevisti, manu ad portum adducere. Mater divinae gratiae, quam Tu pulcherrimo honoris titulo salutasti, intercessionis suae auxilio tutabitur semitam Tuam. Erit Tibi in stellam maris, quam invicta, uti soles, fiducia suspiciens, non frustra diriges cursum ad Illum, qui per eam ad nos venire voluit. Faventes habebis caelestes Sanctorum choros, quorum beatam gloriam magno studio continuisque apostolicis conatibus exquisitam mundo exsultanti tum diebus istis, tum antehac annuciasti. Assistent Tibi Principes Apostolorum Petrus et Paulus, precibus potentibus sollicitudinem Tuam secundantes. In puppi, quam du nunc occupas, Petrus olim sedebat; ipse apud Dominum intercedet, ut quae navis ipsius suffragiis adiuta octodecim saeculis altum vitae humanae mare feliciter percurrit, Te duce, opimis immortalium animarum spoliis onusta, coelestem portum plenis subeat velis. Quod ut fiat, nos curarum, precum et laborum Tuorum fideles devotosque socios habebis, qui divinam clementiam nunc quoque deprecamur, ut Tibi omni bene-

dictione caelesti cumulado servantur augeanturque vires; ut novis in dies animarum lucris dives sit vita Tua, sit longaeva in terris, sit olim in coelis beata!

† Marius Cardinalis Mattei, Episc. Ostien. et Veliternen., et S. Collegii Decanus. (Ostia und Velletri. Italien.)

† Constantinus Card. Patrizi, Episc. Portuen. et S. Ruphinae. (Porto und S. Rufina. Italien.)

† Aloisius Card. Amat, Episc. Praenestin. (Palestrina.)

† Ludovicus Card. Altieri, Episc. Albanen. (Albano. Italien.)

† Nicolaus Card. Clarelli Paracciani, Episc. Tusculan. (Frascati. Italien.)

† Philippus Card. De Angelis, Archiep. Firman. (Fermo. Italien.)

† Engelbertus Card. Stercx, Archiep. Mechlinien. (Mecheln.)

† Aloisius Card. Vannicelli Casoni, Archiep. Ferrarien. (Ferrara.)

† Cosmas Card. Corsi, Archiep. Pisan. (Pisa.)

† Dominicus Card. Carafa de Traetto, Archiep. Beneventan. (Benevent. Italien.)

† Xistus Card. Riario Sforza, Archiep. Neapolitan. (Neapel.)

† Jacobus Maria Card. Mathieu, Archiep. Bisuntin. (Besançon. Frankreich.)

† Franciscus Augustus Card. Donnet, Archiep. Burdigalen. (Bordeaux.)

† Carolus Aloisius Card. Morichini, Episc. Aesinus. (Jesi. Italien.)

† Joachim Card. Pecci, Episc. Perusin. (Perugia. Italien.)

† Antonius Benedictus Card. Antonucci, Episc. Anconitan. (Ancona.)

† Enricus Card. Orfei, Archiep. Ravennaten et administrator Dioecesis Caesanen. (Ravenna.)

† Joseph Maria Card. Milesi, Abbas Trium Fontium. (Tre Fontane. Italien.)

† Michael Card. Garcia Cuesta, Archiep. Compostellan. (S. Yago di Compostella. Spanien.)

† Joseph Aloisius Card. Trevisanato, Patr. Venetiarum. (Venedig.)

† Ludovicus Card. De La Lastra - y - Cuesta, Archiep. Hispalen. (Sevilla.)

- † Philippus Maria Card. Guidi, Archiep. Bononien. (Bologna.)
- † Henricus Maria Card. de Bonnechose, Archiep. Rothomagen.
(Rouen. Frankreich.)
- † Paulus Card. Cullen. Archiep. Dublinen. (Dublin.)
- † Rogerius Aloisius Antici Mattei, Patriarcha Constantinop.
(Constantinopel.)
- † Paulus Ballerini, Patriarcha Alexandrin. (Alexandrien.)
- † Paulus Petrus Mashad, Patriarcha Antiochen. Maronitar.
(Antiochen.)
- † Gregorius Joseff, Patr. Antiochen. Graec. rit. Melchitar.
- † Joseph Valerga, Patr. Hyerosolimitan. (Jerusalem.)
- † Thomas Iglesias y Barcones, Patriarcha Indiar. Occiden.
(Westindien.)
- † Antonius Hassun, Primas Constantinop. arm. rit.
- † Joannes Simor, Primas Regni Hungariae, Archiep. Strigon.
(Gran.)
- † Aloisius Maria Cardelli, Archiep. Acriden. (Acrida.)
- † Laurentius Trioche, Archiep. Babilonen. (Babylon.)
- † Meletius, Archiep. Dramaten. Graec. rit. (Dramas.)
- † Petrus Apelian, Archiep. Marascen. Arm. rit. (Marasch.)
- † Ignatius Kalybgian, Archiep. Amasien. Arm. rit. (Amasia.)
- † Petrus Riccardus Kenrick, Archiep. S. Ludovici. (Saint Louis.
Amerika.)
- † Petrus Cilento, Archiep. Rossanen. (Rossano. Italien.)
- † Alexander Asinari de Sanmarzano, Archiep. Ephesin. (Ephesus.)
- † Alexander Angeloni, Archiep. Urbinaten. (Urbino. Italien.)
- † Georgius Hurmuz, Archiep. Siunien. Arm. rit. (Siunia.)
- † Aloisius Clementi, Archiep. Episc. Ariminen. (Rimini.)
- † Felicissimus Salvini, Archiep. Camerinen. (Camerino. Italien.)
- † Eduardus Hurmuz, Archiep. Siracen. Arm. rit. (Sirace.)
- † Raphael d'Ambrosio, Archiep. Dyrechien. (Durazzo.)
- † Julius Arrigoni, Archiep. Lucanus. (Lucca.)
- † Joseph De Bianchi Dottula, Archiep. Tranen. Nazaren et Ba-
rolen. (Trani-Nazareth. Italien.)

- † Eustachius Gonella, Archiep. Epis. Viterbien et Tuscanien.
(Viterbo. Italien.)
- † Joseph Rotundo, Archiep. Tarentin. (Tarent. Italien.)
- † Gregorius De Luca, Archiep. Compsanus, Administrator Campanien. (Conza. Italien.)
- † Joannes Hagian, Archiep. Cesarien. Armen. rit. (Caesaria.)
- † Joannes Baptista Purcell, Archiep. Cincinnaten. (Cincinnati. Amerika.)
- † Renatus Franciscus Regnier, Archiep. Cameracen. (Cambrai.)
- † Maximilianus De Tarnoczy, Archiep. Salisburgen. (Salzburg.)
- † Beniaminus, Archiep. Neapolit. (Neapolis. Europ. Türkei.)
- † Elias Mellus, Archiep. Acren. et Zhibaren. Chaldaeor. (Acra und Zhibar. Asien.)
- † Fridericus De Fürstenberg, Archiep. Olomucen. (Olmütz.)
- † Paulus Brunoni, Archiep. Taronen. (Tarona i. p. Patriarch. Vikar in Constantinopel.)
- † Joseph Matar, Archiep. Maronita Aleppensis. (Aleppo. Asiatische Türkei.)
- † Philippus Cammarota, Archiep. Cajetan. (Gaëta. Italien.)
- † Franciscus Xaver. Apuzzo, Archiep. Surrentin. (Sorrent. Italien.)
- † Cajetanus Rossini, Archiep. Epis. Melphiten. Jovenacen. et Terlitien. (Molfetta. Italien.)
- † Petrus Villanova Castellacci, Archiep. Petren. (Petra i. p.)
- † Vincentius Tizzani, Archiep. Nisiben. (Nisibi i. p.)
- † Vincentius Spaccapietra, Archiep. Smirnen. (Smyrna.)
- † Marianus Ricciardi, Archiep. Reginen. (Reggio. Neapel.)
- † Carolus Pooten, Archiep. Antibaren. et Scodren. (Antivari und Scutari. Europ. Türkei.)
- † Franciscus Emilius Cugini, Archiep. Mutinen. (Modena.)
- † Jacobus Bosagi, Archiep. Caesarien. Armen. rit. (i. p. Mechitaristen-Abt in Wien.)
- † Raphael Ferrigno, Archiep. Brundusin. (Brundisi. Italien.)
- † Salvator Nobili Vitelleschi, Archiep. Epis. Auximan. et Cingulan. (Osimo. Italien.)

- † Alexander Franchi, Archiep. Thessalonicen. (Salonichi i. p.)
- † Petrus Bostani, Archiep. Tyren, et Sydonien. Maronit. (Tyros und Sydon i. p. Asiat. Türkei.)
- † Patritius Leahy, Archiep. Casselien. (Cashel. Irland.)
- † Josephus Hippolitus Guibert, Archiep. Turonen. (Tours.)
- † Marinus Marini, Archiep. Epis. Urbevetan. (Orvieto.)
- † Georgius Claudius Chalandon, Archiep. Aquen. (Aix. Frankreich.)
- † Gregorius Szymonowicz, Archiep. Leopoli. Armen. rit. (Lemberg.)
- † Joachim Limberti, Archiep. Florentin. (Florenz.)
- † Antonius Salomone, Archiep. Salernitan. (Salerno.)
- † Philippus Gallo, Archiep. Patrassen. (Patras i. p.)
- † Petrus Gianelli, Archiep. Sarden. (Sartis i. p.)
- † Joseph S. Alemany, Archiep. S. Francisci de California. (S. Francisco. Amerika.)
- † Franciscus Pedicini, Archiep. Baren. (Bari. Italien.)
- † Emanuel Garcia Gil, Archiep. Caesaraugustan. (Saragossa.)
- † Arsenius Avak-Vatan-Angiarakian, Archiep. Tarsen. Armen. rit. (Tarsus. Asiat. Türkei.)
- † Julianus Florianus Desprez, Archiep. Tolosan. (Toulouse.)
- † Ignatius Akkani, Archiep. Hauranan. Graec. rit. Melchitar. (Hauran. Asiat. Türkei.)
- † Franciscus Xaverius Wierzechlejski, Archiep. Leopoli. rit. lat. (Lemberg.)
- † Spiridion Maddalena, Archiep. Corcyren. (Corfu.)
- † Gregorius Balitian, Archiep. Aleppen. Armen. rit. (Aleppo.)
- † Joannes Maria Odin, Archiep. Novae Aureliae. (Neu-Orleans.)
- † Joannes Martinus Spalding, Archiep. Baltimoren. (Baltimore.)
- † Leo Korkoruni Archiep. Melitenen. Arm. rit. (Malatiah.)
- † Carolus De la Tour D'Auvergne-Lauraguais, Archiep. Bithuricen. (Bourges. Frankreich.)
- † Joannes Haag, Archiep. Heliopolitan. Maron. (Balbek.)
- † Miecislaus Ledochowski, Archiep. Gnesnen. et Posnanien. (Posen. Gnesen.)

- † Walter Steins, Archiep. Epis. Bosrensis. Vicarius Apost. Calcut.
(Bosra und Calcutta.)
- † Primus Calvus Lopez, Archiep. S. Jacobi de Cuba. (S. Yago
de Cuba. Amerika.)
- † Benvenutus Monzon y Martin, Archiep. Granaten. (Granada.)
- † Joseph Berardi, Archiep. Nicen. (Nicaea i. p.)
- † Petrus Alexander Doimo Maupas, Archiep. Jadren. (Zara.)
- † Athanasius Raphael Ciarchi, Archiep. Babilon. Syror. (Babylon
i. p. Asiat. Türkei.)
- † Georgius Darboy, Archiep. Parisien. (Paris.)
- † Antonius de Lavastida, Archiep. Mexican. (Mexiko.)
- † Clemens Munguia, Archiep. Mecoacan. (Mechoacan. Mexiko.)
- † Paulus Hatem, Archiep. Aleppen. Graec. rit. Melchitar. (Aleppo.
Asiat. Türkei.)
- † Petrus Matah, Archiep. Jaziren. in Syria. (Gezira.)
- † Ludovicus Anna Dubreuil, Archiep. Avenionen. (Avignon.)
- † Joannes Ignatius Moreno, Archiep. Vallisolan. (Valladolid.)
- † Martialis Guillelmus Du Cosquer, Archiep. Portus Principis.
(Puerto Principe. Hayti.)
- † Laurentius Bergeretti, Archiep. Naxiensis. (Naxos.)
- † Ludovicus Gonin, Archiep. Portus Hispaniae. (Westindien.)
- † Melchior Nasarian, Archiep. Marden. Armen. rit. (Mardin.)
- † Darius Bucciarelli, Archiep. Scopien. (Uskiub. Europ. Türkei.)
- † Franciscus Fleix-y-Solans, Archiep. Tarraconen. (Tarragona.)
- † Ludovicus Haynald, Archiep. Colocen. et Baesien. (Calocza.
Ungarn.)
- † Basilius Michael Gasparian, Archiep. Cypren. Armen. rit.
(Cypern.)
- † Joannes Paulus Franciscus Maria Lyonnet, Archiep. Albien.
(Alby. Frankreich.)
- † Henricus Eduardus Manning, Archiep. Westmonasterien.
(Westminster. England.)
- † Joseph Sembratowicz, Archiep. Nazianz. Graec. rit. (Nazianz i. p.)
- † Paulus Melchers, Archiep. Colonien. (Cöln.)

- † Franciscus Xaver. de Merode, Archiep. Melitenen. (Melitene i. p.)
- † Antonius Rossi Vaccari, Archiep. Colossen. (Colossä i. p.)
- † Aloisius Ciurcia, Archiep. Irenopolitan. (i. p. Aegypten.)
- † Alexander Riccardi, Archiep. Taurinen. (Turin. Italien.)
- † Joseph Benedictus Dusmet, Archiep. Catanien. (Catania. Sicilien.)
- † Joseph Cardoni, Archiep. Edessen. (Edessa i. p.)
- † Joannes Baptista Landriot, Archiep. Rhemen. (Rheims.)
- † Carolus Martialis Allemand Lavigerie, Archiep. Julia Caesarinen.
(Algier.)
- † Aloisius Puecher Passavalli, Archiep. Iconien. (Iconium i. p.)
- † Aloisius Nazarri di Calabiana, Archiep. Mediolanen. (Mailand.)
- † Joannes Petrus Losanna, Episc. Bugellen. (Biella. Italien.)
- † Ignatius Giustiniani, Episc. Chien. (Scio.)
- † Raphael Sanctes Casanelli, Episc. Adiacen. (Ajaccio. Corsika.)
- † Guillelmus Aretini Sillani, Episc. jam Terracinen. (Terracina.
Italien.)
- † Modestus Contratto, Episc. Aquen. (Aqui. Italien.)
- † Theodosius Kojumgi, Episc. Sidonien. Melchitar. (Asiat. Türkei.)
- † Joseph Maria Severa, Episc. Interamnen. (Terni. Italien.)
- † Fridericus Gabriel de Marguerye, Episc. Augustodunen. (Autun.
Frankreich.)
- † Meletius Findi, Episc. Heliopolitan. Graec. rit. Melchitar. (Balbek.
Asiat. Türkei.)
- † Franciscus Victor Rivet, Episc. Divionen. (Dijon. Frankreich.)
- † Julianus Meirieu, Episc. Dinien. (Digne. Frankreich.)
- † Ludovicus Besi, Episc. Canopen. (Abukir u. Aegypten i. p.)
- † Antonius Ranza, Episc. Placentin. (Piacenza. Italien.)
- † Dionisius Gauthier, Episc. Emausen. (i. p. apost. Vikar in
Tonking.)
- † Georgis Antonius Stahl, Episc. Herbiolen. (Würzburg.)
- † Andreas Raess, Episc. Argentinien. (Strassburg.)
- † Carolus Gigli, Episc. Tiburtin. (Tivoli. Italien.)
- † Franciscus Maria Vibert, Episc. Maurianen. (S. Jean de Mau-
rianne. Savoyen.)

- † Joannes Fennelly, Episc. Castorien. (l. p. apost. Vikar von Madras in Ostindien.)
- † Stephanus Ludovicus Charbonneaux, Episc. Jassen. (l. p. apost. Vikar von Maissur. Ostindien.)
- † Petrus Paulus Lefevre, Episc. Zetlban. Adminis. Deroiten. (Detroit. Nordamerika.)
- † Joannes Ilarius Boset, Episc. Emeriten. (Merida. Venezuela.)
- † Fridericus Manfredini, Episc. Patavin. (Padua. Italien.)
- † Nicolaus Grispigni, Episc. Fulginaten. (Foligno. Italien.)
- † Guillelmus Augebeault, Episc. Andegaven. (Angers. Frankr.)
- † Joseph Armandus Gignoux, Episc. Bellovacen. (Beauvais. Frankreich.)
- † Joannes Baptista Berteaud, Episc. Tutelen. (Tulle. Frankr.)
- † Eleonorus Aronne, Episc. Montisalti. (Montalto. Italien.)
- † Cajetanus Carli, Episc. Almiren. (l. p. apost. Vikar.)
- † Joannes Franciscus Wheland, Episc. Aurielopolitanus. (l. p. früher apost. Vikar in Ostindien.)
- † Joannes Thomas Ghilardi, Episc. Montis Regalis. (Mondovi. Italien.)
- † Paulus Georgius Dupont des Loges, Episc. Meten. (Metz. Frankreich.)
- † Petrus Severini, Episc. Sappaten. (Sappa. Albanien.)
- † Petrus Joseph De Preux, Episc. Sedunen. (Sion. Schweiz.)
- † Joannes Doney, Episc. Montisalbani. (Montauban. Frankr.)
- † Carolus Fridericus Rousselet, Episc. Sagien. (Seez. Frankr.)
- † Jacobus Baillès, Episc. jam Lucionen. (Luçon. Frankreich.)
- † Joannes Williams, Episc. Bostonien. (Boston. Amerika.)
- † Cajetanus Carletti, Episc. Reatin. (Rieti. Italien.)
- † Joannes Brady, Episc. Perten. (Perth. Australien.)
- † Felix Cantimorri, Episc. Parmen. (Parma. Italien.)
- † Petrus Paulus Trucchi, Episc. Forolivien. (Forli. Italien.)
- † Stefanus Marilley, Episc. Lausanen. et Geneven. (Genf.)
- † Guillelmus Massaja, Episc. Cassien. (i. p. apost. Vikar in Abyssinien.)

- † Guillelmus Bernardus Ullathorne, Episc. Birminghamien. (Birmingham. England.)
- † Alexius Canoz, Episc. Tamassen. i. p. apost. Vicar von Madura. Ostindien.
- † Henricus Rossi, Episc. Casertan. (Caserta. Italien.)
- † Joannes Baptista Pellei, Episc. Aquaependen. (Aquaependente. Italien.)
- † Franciscus Mazzuoli, Episc. S. Sever. (Italien.)
- † Flavianus Abel Hugonin, Episc. Bajocen. (Bayeux. Frankreich.)
- † Philippus Mincione, Episc. Miletan. (Mileto. Italien.)
- † Amadeus Rappe, Episc. Clevelanden. (Cleveland. Amerika.)
- † Joannes Corti, Episc. Mantuanus. (Mantua. Italien.)
- † Aloisius Ricci, Episc. Signin. (Segni. Italien.)
- † Jacobus Alipius Goold, Episc. Melbournen. (Melbourne. Australien.)
- † Eugenius Bruno Guignes, Episc. Outavien. (Ottava. Kanada.)
- † Guillelmus De Cany, Episc. Cargianen. *)
- † Paulus Dodmassei, Episc. Alexien. (Alessio. Albanien.)
- † Camillus Bisleti, Episc. Cornetan. et Centumcellar. (Corneto. Italien.)
- † Thomas Mullok, Episc. S. Joannis Terrae Novae. (St. John auf Neufundland.)
- † Franciscus Gandolfi, Episc. Antipatren. i. p.
- † Joannes Antonius Balma, Episc. Ptolemaid. i. p.
- † Aloisius Kobes, Episc. Methonen, Modon. i. p. apost. Vikar in Senegambien.
- † Laurent. Guillelmus Renaldi, Episc. Pinerolien. (Pignero. Italien.)
- † Joannes Maria Foulquier, Episc. Mimaten. (Meude. Frankreich.)
- † Rudesindus, Episc. Portus Victoriae in Australia. (Port Victoria in Australien.)
- † Antonius Boscarini, Episc. S. Angeli in Vado et Urbanien. (S. Angelo. Italien.)

*) Nach dem Salz. Kirchbl.: Delany von Cork Corcagiens.

- † Januarius Acciardi, Episc. Anglonen. et Tursien. (Anglona. Italien.)
- † Antonius De Stefano, Episc. Benden. apost. Vikar.
- † Guillelmus Keance, Episc. Cloynensis. (Cloyne. Irland.)
- † Antonius Felix Philibertus Dupanloup, Episc. Aurelianen. (Orleans. Frankreich.)
- † Ludovicus Franciscus Pie, Episc. Pictavien. (Poitiers. Frankreich.)
- † Livius Parlatore, Episc. S. Marci. (San Marco. Italien.)
- † Ignatius Maria Silletti, Episc. Melphien. et Rapollen. (Melfi. Italien.)
- † Petrus Simon Dreux Brézé, Episc. Moulinen. (Moulins. Frankreich.)
- † Joannes Ranolder, Episc. Vesprimien. (Vesprim. Ungarn.)
- † Franciscus Petagna, Episc. Castri Maris. (Castellamare. Italien.)
- † Petrus Cirillus d'Urix y de Labairù, Episc. Pampel. (Pampe-lona. Spanien.)
- † Raphael Bachettoni, Episc. Compsan. (Conza. Italien.)
- † Georgius Strossmayer, Episc. Bosn. et Syrm. (Diakowar. Croatien.)
- † Georgius De Luca, Episc. Nursin. (Norcia. Italien.)
- † Alexander Tachè, Episc. S. Bonifacii. (S. Bonifaz. Amerika.)
- † Joannes Mac-Gill, Episc. Richemondien. (Richmond. Amerika.)
- † Hieronymus Verzeri, Episc. Brixien. (Brescia. Italien.)
- † Petrus Lacarriere, Episc. jam Bassae Terrae. (Basseterre in Westindien.)
- † Ludovicus Theophilus Pallu du Parc, Episc. Blesen. (Blois. Frankreich.)
- † Philippus Fratellini, Episc. Forosempronien. (Fossombrone. Italien.)
- † Aloisius Margarita, Episc. Oritan. (Oria. Spanien.)
- † Joseph. Arachial, Episc. Ancyran. Armen. rit. (Angora. Asiat. Türkei.)
- † Thomas Grant, Episc. Southwareen. (Southwark. England.)

- † Vincentius Bisceglia, Episc. Termular. (Termoli. Italien.)
- † Mathias Augustinus Mengacci, Episc. Civitatis Castellan. Hortan. et Gallesin. (Civita Cestallana. Italien.)
- † Joannes Petrus Mabile, Episc. Versalien. (Versailles. Frankreich.)
- † Cajetanus Brinciotti, Episc. Balneoregien. (Bagnarea. Italien.)
- † Colinus Mak Kinnon, Episc. Arichaten. (Arichat. Amerika.)
- † Bernardus Pinol, Episc. de Nicaragua. (Nicaragua. Mittelamerika.)
- † Ludovicus Eugenius Regnault, Episc. Carnuten. (Chartres. Frankreich.)
- † Joannes Jacobus Guerrin, Episc. Lingonen. (Langres. Frankreich.)
- † Aloisius Sodo, Episc. Thelesin. seu Cerreten. (Telese. Italien.)
- † Bartholomaeus D'Avanzo, Episc. Calven. et Theanen. (Calvi et Theano. Italien.)
- † Joannes Joseph Longobardi, Episc. Andrien. (Andria. Italien.)
- † Joannes Petrus Bravard, Episc. Constantien. (Coutance. Frankreich.)
- † Theodorus de Montpellier, Episc. Leodien. (Lüttich. Belgien.)
- † Antonius La Scala, Episc. S. Severi. (S. Severo. Italien.)
- † Jesualdus Vitali, Episc. Ferentin. (Ferentino. Italien.)
- † Carolus Maria Dubuis, Episc. Galvestonien. (Galveston. Amerika.)
- † Jacobus Stepischneegg, Episc. Lavantin. (Marburg.)
- † Aloisius Philippi, Episc. Aquilan. (Aquila. Italien.)
- † Jacobus Ginoulhiac, Episc. Gratianopolitan. (Grenoble, Frankreich.)
- † Joseph Chaixal-y-Estrade, Episc. Urgellen. (Urgel. Spanien.)
- † Franciscus Joseph. Rudigier, Episc. Lincien. (Linz.)
- † Joannes Loughlin, Episc. Broohlynien. (Brooklyn. Amerika.)
- † Thaddeus Amat, Episc. Monterege. (Monteres und Los Angeles. Amerika.)
- † Jacobus Roosevel Baylley, Episc. Nevarcen. (Newyork. Amerika.)
- † Ludovicus Goesbriand, Episc. Barlingtonen. (Burlington. Amerika.)

- † Emigdius Forchini, Episc. Civitatis Plebis. (Citta delle Pieve. Italien.)
- † Vincentius Materozzi, Episc. Ruben. et Bituntin. (Ruvo. Italien.)
- † Petrus Aloisius Speranza, Episc. Bergomen. (Bergamo. Italien.)
- † Thomas Michael Salzàno, Episc. Tanen. (i. p.)
- † Felix Romano, Episc. Isclan. (Ischia. Italien.)
- † Aloisius Landi Vittori, Episc. Assisien. (Assisi. Italien.)
- † Vincentius Zubranich, Episc. Ragusin. (Ragusa. Dalmatien.)
- † Benedictus Riccabona, Episc. Tridentin. (Trient.)
- † Ludovicus Forwerk, Episc. Leontopolitan. (i. p. apost. Vikar in Sachsen.)
- † Franciscus Antonius Maiorsini, Episcop. Lacedonien. (Lacedogna. Italien.)
- † Thomas Michael Salzano, Episc. Tanen. *)
- † Innocentius Sannibale, Episc. Eugubin. (Gubbio. Italien.)
- † Nicolaus Renatus Sergeant, Episcop. Corosopiten. (Quimper. Frankreich.)
- † Joannes Rosati, Episc. Tudertin. (Todi. Italien.)
- † Dominicus Zelo, Episc. Aversan. (Aversa. Italien.)
- † Caietanus Rodilossi, Episc. Alatrin. (Alatri. Italien.)
- † Franciscus Gallo, Episc. Abellinen. (Avellino. Italien.)
- † Petrus Rota, Episc. Guastallen. (Guastalla. Italien.)
- † Joannes Joseph Vitezich, Episc. Veglien. (Veglia. Istrien.)
- † Franciscus Gianpaolo, Episc. Larinen. (Larino. Italien.)
- † Franciscus Roulet de La Bouillerie, Episc. Carcassonen. (Carcassone. Frankreich.)
- † Franciscus Paulus, Episc. S. Agatae Gothorum. (S. Agatha. Italien.)
- † Alexius Joseph Wicart, Episc. Vallis Vidonis. (Laval. Frankreich.)
- † Guillelmus Vaughan, Episc. Plymouth. (Plymouth. England.)
- † Nicolaus Pace, Episc. Amerin. (Amelia. Italien.)
- † Joannes Benini, Episc. Piscien. (Pescia. Italien.)
- † Joseph Del Prete, Episc. Thyateren. (I. p.)

*) Erscheint zweimal.

- † Joseph Formisano, Episc. Nolan. (Nola. Italien.)
- † Claudius Henricus Plantier, Episc. Nemausen. (Nîmes. Frankreich.)
- † Ludovicus Augustus Delalle, Episc. Ruthenen. (Rodez. Frankreich.)
- † Vincentius Moretti, Episc. Imolen. (Imola. Italien.)
- † Antonius Joseph Jordany, Episc. Foroiulien. et Tolonen. (Frejus. Frankreich.)
- † Joannes Renier, Episc. Feltr. et Bellunensis. (Feltre et Belluno. Italien.)
- † Patritius Moran, Episc. Dardanen. (l. p. apost. Vikar. Afrika.)
- † Laurentius Gilooly, Episc. Elphinensis. (Elphin. Irland.)
- † Guillelmus Emmanuel, Episc. Moguntinus. (Mainz.)
- † Joannes Farrel, Episc. Hamiltonen. (Hamilton. Canada.)
- † Elias Ant. Alberani, Episc. Ascul. in Piceno. (Ascoli. Italien.)
- † Joannes Ghiureghian, Episc. Trapezuntin. Arm. rit. (Trapezunt. Asiat. Türkei.)
- † Adrianus Languillat, Episc. Sergiopolitan. (l. p. apost. Vikar von Nanking.)
- † Stephanus Semeria, Episc. Olympen.) (l. p. apost. Vikar auf Ceylon.)
- † Jacobus Bernardi, Episc. Massan. (Massa di Carrara. Italien.)
- † Thomas Passero, Episc. Troian. (Troja. Italien.)
- † Claudius Jacobus Boudinet, Episcop. Ambianen. (Amiens. Frankreich.)
- † Conradus Martin, Episc. Paterbonen. (Paderborn. Preussen.)
- † Joseph Emanuel Arroyo, Episc. De Guayana. (Guayana. Amerika.)
- † Joseph Romero, Episc. Dibonen. (Dibona, i. p. apost. Vikar von S. Martha. Amerika.)
- † Vincentius Cina, Episc. Adramiten. (l. p. Dalmatien.)
- † Enricus, Episc. Casertanus. (Caserta. Italien.)
- † Dalmatius Di Andrea, Episc. Boven. (Bova. Italien.)
- † Vincentius Gasser, Episc. Brixinen. (Brixen. Tirol.)

- † Philippus Vespasiani, Episc. Fanen. (Fano. Italien.)
- † Clemens Fares, Episc. Pisaren. (Pesaro. Italien.)
- † Franciscus Marinelli, Episc. Porphyrien. (I. p.)
- † Henricus Iunker, Episc. Altonen. (Alton. Nordamerika.)
- † Joannes Mac-Evilly, Episc. Galvien. (Galway. Irland.)
- † Guillelmus Clifford, Episc. Cliftonien. (Clifton. England.)
- † Petrus Géraud De Langalerie, Episc. Bellicen. (Belley. Frankreich.)
- † Petrus Maria Ferré, Episc. Casalen. (Casale. Italien.)
- † Ludovicus Delcussy, Episc. Vivarien. (Viviers. Frankreich.)
- † Petrus Buffetti, Episc. Bricinorien. (Bertinoro. Italien.)
- † Joseph Stephanus Godelle, Episc. Thermopylen. (I. p. apost. Vikar von Pondichery.)
- † Jacobus Fridericus Wood, Episc. Philadelphien. (Nordamerika.)
- † Joannes Baptista Scandella, Episc. Antinoen. (I. p. apost. Vikar von Gibraltar.)
- † Joseph Targioni, Episc. Volaterran. (Volterra. Italien.)
- † Aloisius Maria Paoletti, Episc. Montis Politiani. (Montepulciano. Italien.)
- † Joseph De Los Rios, Episc. Lucen. (Lugo. Spanien.)
- † Michael O'Hea, Episc. Rossanen. (Ross. Irland.)
- † Patritius Lynch, Episc. Carolopolitan. (I. p. apost. Vikar in Westschottland.)
- † Joseph Maria Papardo, Episc. Sinopen. (I. p.)
- † Vitalis Justinus Grandin, Episc. Satalen. (I. p. Coadjutor in S. Bonifaz. Amerika.)
- † Guillelmus Henricus Elder, Episc. Natchezensis. (Natchez. Nordamerika.)
- † Clemens Pagliari, Episc. Anagnin. (Anagni. Italien.)
- † Fortunatus Maurizi, Episc. Verulan. (Veroli. Italien.)
- † Petrus Sola, Episc. Nicien. (Nizza.)
- † Ferdinandus Blanco, Episc. Abulen. (Avila. Spanien.)
- † Paulus Benignus Carrion, Episc. De Porto Rico. (Puerto Rico. Amerika.)

- † Jacobus Jeancard, Episc. Ceramen. (l. p. Weihbischof von Marseille.)
- † Carolus Joannes Filion, Episc. Cenomanen. (Le Mans. Frankreich.)
- † Joannes Sebastianus Devoucoux, Episc. Ebroicen. (Evreux. Frankreich.)
- † Ignatius Senestrey, Episc. Ratisbonen. (Regensburg. Bayern.)
- † Riccardus Roskell, Episc. Nottinhgamen. (Nottigham. England.)
- † Pascalis Vuicic, Episc. Antiphellen. (l. p. apost. Vikar in Bosnien.)
- † Ludovicus Idèò, Episc. Liparen. (Lipari. Italien.)
- † Michael Payà y Rico, Episc. Conchen. (Cuença. Spanien.)
- † Jacobus Etheridge, Episc. Toronen. (l. p. apost. Vikar von Guayana.)
- † Petrus Cubero y Lopez de Padilla, Episc. Oriolen. (Orihuela. Spanien.)
- † Dominicus Fanelli, Episc. Dianen. (Diano. Italien.)
- † Joachim Lluch, Episc. Canarien. et S. Christophori in Laguna. (Canaria. Afrika.)
- † Ignatius Papardo, Episc. Minden. (Mindos i. p.)
- † Joannes Antonius Augustus, Episc. Apamien. (Pamiers. Frankreich.)
- † Petrus Tilkian, Episc. Brussen. Arm. rit. (Brussa. Asien.)
- † Antonius Maria Valenziani, Episc. Fabrianen. et Mathelicen. (Fabriano. Italien.)
- † Hyacinthus Luzzi, Episc. Narnien. (Narni. Italien.)
- † Thomas Grace, Episc. S. Pauli de Minesota. (S. Paul. Nordamerika.)
- † Antonius Halagi, Episc. Artuinen. Arm. rit. (Artuin. Asien.)
- † Joseph Teta, Episc. Oppiden. (Oppido. Italien.)
- † Joannes Baptista Siciliani, Episc. Caputaquen. et Vallen. (Capuzzo. Italien.)
- † Franciscus Xaverius D'Ambrosio, Episc. Muran. (Muro. Italien.)

- † Michael Milella, Episc. Aprutin. (Teramo. Italien.)
- † Rodesindus Salvado, Episc. Victorien. (Fort Victoria. Australien. *)
- † Simon Spilotros, Episc. Tricaricen. (Tricarico. Italien.)
- † Felix Petrus Fruchaud, Episc. Limovicen. (Limoges. Frankreich.)
- † Aloisius Maria Epivent, Episc. Aturen. (Aire. Frankreich.)
- † Joseph Lopez-Crespo, Episc. Santanderien. (Santander. Spanien.)
- † Vincentius Arbelaes, Episc. Maximopolitanus. (I. p. Coadjutor von San Fe de Bogoda in Neu-Granada.)
- † Joannes Quinlan, Episc. Mobilien. (Mobile. Nordamerika.)
- † Petrus Joseph Tardoya, Episc. Tiberiopolitan. (I. p. Peru.)
- † Joannes Monetti, Episc. Cervien. (Cervia. Italien.)
- † Alexander Paulus Spoglia, Episc. Comaclen. (Commachio. Italien.)
- † Aloisius Mariotti, Episc. Feretran. (Montefeltre Italien.)
- † Valerius Laspro, Episc. Gallipolitan. (Gallipoli. Italien.)
- † Aloisius Lembo, Episc. Cotronen. (Cotrone. Italien.)
- † Jacobus Rogers, Episc. Chatamen. (Chatam. Neubraunschweig. Amerika.)
- † Patritius Dorrien, Episc. Danen et Connoren. (Dowe und Connor. Irland.)
- † Andreas Ignatius Schaepman, Episc. Esbonen. (I. p. Weihbischof von Utrecht.)
- † Alexander Bonnaz, Episc. Csanadensis. (Chanad. Ungarn.)
- † Sebastianus Dias Larangeira, Episc. S. Petri Flum. Granden. (S. Pedro. Brasilien.)
- † Michael Domenec, Episc. Pisttburgen. (Pittsburg. Amerika.)
- † Aloisius Antonius Dos Santos, Episc. Fortalexien. (Fortaleza. Brasilien.)
- † Antonius de Macedo Costa, Episc. Belem de Para. (Belem. Brasilien.)
- † Walterus Steins, Episc. Nilopolitan.

*) Erscheint zweimal.

- † Claudius Maria Magnin, Episc. Annecien. (Annecy. Savoyen.)
- † Julius Ravinet, Episc. Trecen. (Troyes. Frankreich.)
- † Antonius de Trinitate de Vasconcellos Pereira de Mello, Episc. Lamacen. (Lamego. Portugal.)
- † Jacobus Donnelly, Episc. Clogherien. (Clogher. Irland.)
- † Gerardus Petrus Wilmer, Episc. Herlemen. (Harlem. Holland.)
- † Georgius Buttler, Episc. Limericen. (Limerik. Irland.)
- † Carolus Theodorus Colet, Episc. Luçonen. (Luçon. Frankreich.)
- † Eustachius Zanolì, Episc. Eleutheropolitan. (i. p. apost. Vikar von Hug in China.)
- † Fridericus Maria Zinelli, Episc. Tarvisin. (Treviso. Italien.)
- † Aloisius De Canossa, Episc. Veronen. (Verona. Italien.)
- † Robertus Cornthwaite, Episc. Beverlacen. (Beverlei. England.)
- † Benedictus Vilamitiana, Episc. Derthusen. (Tortosa. Spanien.)
- † Petrus Maria Lagüera y Menezo, Episc. Oxamen. (Osma. Spanien.)
- † Callixtus Castrillo y Ornedo, Episc. Legionen. (Leon. Spanien.)
- † Silvester Horton Rosecrans, Episc. Pompejopolitan. (l. p. Buffalo. Nordamerika.)
- † Victor Felix Bernardou, Episc. Vapincen. (Gap. Frankreich.)
- † Augustinus David, Episc. Briocen. (Brioux. Frankreich.)
- † Ludovicus Nogret, Episc. S. Claudii. (S. Cloud. Frankreich.)
- † Antonius Boutonnet, Episc. Guadalupen. (Guadeloupe. Amerika.)
- † Pantaleo Monserrat y Navarro, Episc. Barcinonon. (Barcellona. Spanien.)
- † Joseph Fessler, Episc. S. Ippoliti. (St. Pölten. Oesterreich.)
- † Marianus Puigllat-y-Amigo, Episc. Illerden. (Lerida. Spanien.)
- † Constantinus Bonet, Episc. Gerunden. (Gerona. Spanien.)
- † Joannes De Franca Castro e Moura, Episc. Portugallien. (Porto. Portugal.)
- † Joannes Gray, Episc. Hypsopolitan. (l. p. apostol. Vikar von Westschottland.)
- † Bernardinus Trionfetti, Episc. Terracinen, Privernen. et Setin. (Dermaliger Bischof von Terracina. Italien.)

- † Franciscus Gainza, Episc. De Caceres. (Caceres. Philipinen. Asien.)
- † Antonius Alves Martins, Episc. Visen. (Viseu. Portugal.)
- † Joseph Papp-Szilágyi de Illesfalva, Episc. Magno Varadinen.
Graec. Rum. (Grosswardein. Ungarn.)
- † Gioannichius Episc. Palmiran. Greco-Cath. (Palmyra. Asien.)
- † Joannes Petrus Episc. Constantien. (Contanie. Frankreich. *)
- † Joannes Jacovacci, Episc. Erythren. (I. p. Weihbischof von
Palestrina.)
- † Joannes Baptista Greith, Episc. S. Galli. (St. Gallen. Schweiz.)
- † Nicolaus Conaty, Episc. Kilmoren. (Kilmore. Irland.)
- † Nicolaus Adames, Episc. Alicarnassen. (I. p. apost. Vikar von
Luxemburg.)
- † Fidelis Abbati, Episc. Sanctorinen. (Santorin. Griechenland.)
- † Joannes Baptista Gazailhan, Episc. jam Veneten. (Vannes.
Frankreich.)
- † Antonius Monastyrski, Episc. Premislien. (Przemysl. Galizien.)
- † Joannes Zaffron, Episc. Sebenicen. (Sebenico. Dalmatien.)
- † Joseph Nicolaus Dabert, Episc. Petrocoricen. (Perigueux.
Frankreich.)
- † Petrus Marcus Le Breton, Episc. Anicien. (La Puy. Frankreich.)
- † Joannes Claudius Lachat, Episc. Basileen. (Basel. Schweiz.)
- † Joseph Pluym, Episc. Nicopolitan. (Nikopolis, apost. Vikar.
Wallachei.)
- † Felix Maria Arriette, Episcopus Gatitan et Septen. (Cadix.
Spanien.)
- † Franciscus Andreoli, Episc. Callien et Pergulan. (Cagli.
Italien.)
- † Paulus Nicaleff, Episc. Civitatis Castelli. (Città di Castello.
Italien.)
- † Antonius Maria Pettinari, Episc. Nucerin. (Nocera. Italien.)
- † Joannes Petrus Dours, Episcopus Suessionen. (Soissons.
Frankreich.)

*) Erscheint schon früher.

- † Gregorius Lopez, Episc. Placentin. Compostellen. (Placentia. Spanien.)
- † Joseph Aloisius Montagut, Episc. Ovoten. (Oviedo. Spanien.)
- † Joachim Hernandez y Herrero, Episc. Segobricen. (Segorbe. Spanien.)
- † Paulus Beriscia, Episc. Pulaten. (Pulati. Albanien. Türkei.)
- † Joannes Srain, Episc. Abilen. (I. p. apost. Vikar. Ostschottland.)
- † Edmundus Franciscus Guierry, Episc. Danaben. (I. p. apost. Vikar von Pecking.)
- † Hyacinthus Vera, Episc. Megaren. (I. p. apost. Vikar von Uruguay. Südamerika.)
- † Gaspar Mermillod, Episc. Hebronen. (I. p. Genf.)
- † Angelus Kraljevic, Episc. Metellopolitan. (I. p. apost. Vikar von Herzegowina.)
- † Agapitus Dumani, Episc. Ptolemaiden. Graec. rit. Melchitar. (Ptolemais. Asiat. Türkei.)
- † Thomas Nutly, Episc. Midensis. (Meath. Irland.)
- † Joseph Salandari, Episc. Marlicopotan. (I. p. apost. Vikar von Moldau.)
- † Franciscus Nicolaus Gueullette, Episc. Valentinen. (Valence. Frankreich.)
- † Guillelmus Renatus Meignan, Episc. Cathalaunen. (Chalons. Frankreich.)
- † Stephanus Ramadié, Episc. Elnen. (Perpignan. Frankreich.)
- † Raimundus Gargia y Anton, Episc. Tuden. (Tuy. Spanien.)
- † Hyacinthus Maria Martinez, Episc. S. Christophori de Havana. (S. Christoph. Amerika.)
- † Henricus Franciscus Bracq, Episc. Gandaven. (Gent. Belgien.)
- † Nicolaus Power, Episc. Sareptan. (I. p. Coadjutor in Killalon. Irland.)
- † Laurentius Bonaventura Schiel, Episc. Adelaidopolitan. (Adelaide. Australien.)
- † Aloisius Riccio, Episc. Cajacien. (Cajazzo. Italien.)

- † Ferdinandus Ramirez y Vazquez, Episc. Pacen. (Badajos. Spanien.)
- † Victor Augustus Dechamps, Episcopus Namurcen. (Namur. Belgien.)
- † Joannes Joseph Conroy, Episc. Albanen. in America. (Albany. Nordamerika.)
- † Joannes Marangò, Episc. Thinen. et Miconen. (Tine. Griechenland.)
- † Raphael Popow, Episc. Bulgaror.
- † Nicolaus Frangipani, Episc. Concordien. *electus*. (Concordia. Italien.)
- † Joseph Romeo, Episc. Dibonen. (?)
- † Joannes Lozano, Episc. Palentin. (Palenzia. Spanien.)
- † Antonius Jordà y Soler, Episc. Vicen. (Vich. Spanien.)
- † Agabius Biscia, Episc. Cariopolitan. (l. p. apost. Vikar der Kopten.)
- † Stephanus Melchisedechian, Episc. Erzerumien. Armen. rit. (Erzerum. Asien.)
- † Carolus Philippus Place, Episc. Marsilien. (Marseille. Frankreich.)
- † Joannes Baptista Lequette, Episc. Atrebaten. (Arras. Frankreich.)
- † Petrus Alfredus Grimardias, Episc. Cadurcen. (Cahors. Frankreich.)
- † Joannes Maria Bécel, Episc. Veneten. (Vannes. Frankreich. Abgetreten.)
- † Georgius Dubocowich, Episc. Pharen. (Lesina. Dalmatien.)
- † Jacobus Lyngh, Episc. Arcadiopolitan. (?)
- † Joseph De la Cuesta y Maroto, Episc. Aurién. (Orense. Spanien.)
- † Jacobus Chedwick, Episc. Hagulstadens. et Novo Castrens. (Hexham. England.)
- † Angelus Di Pietro, Episc. Nyssen. (in part. infid.)
- † Joseph Aggarbati, Episc. Senogallien. (Sinigaglia. Italien.)
- † Joseph Bovieri, Episc. Montis Falisci. (Montefiascone. Italien.)

- † Julius Lenti, Episcopus Sutrin. et Nepesin. (Sutri und Nepi. Italien.)
- † Thomas Gallucci, Episc. Recineten. et Lauretan. (Recanati und Loretto. Italien.)
- † Joannes Baptista Cerruti, Episc. Savonen. et Naulen. (Savona. Italien.)
- † Salvator Angelus Demartis, Episc. Galtellein. Noren. (Galtelli Nuori. Italien.)
- † Philippus Manetti, Episc. Tripolitan. (In part. infid.)
- † Conceptus Focaccetti, Episc. Lystren. (In part. infid.)
- † Anselmus Faùli, Episc. Grossetan. (Grosseto. Italien.)
- † Joseph Rosati, Episc. Lunen.-Sarzanen. (Luni. Italien.)
- † Josephus Giusti, Episc. Aretinus. (Arezzo. Italien.)
- † Carolus Macchi, Episc. Regien. (Reggio. Italien.)
- † Joannes Zalka, Episc. Jaurinensis. (Raab. Ungarn.)
- † Cajetanus Franceschini, Episc. Maceraten. et Tolentin. (Macerato und Tolentino. Italien.)
- † Antonius Fania, Episcopus Marsicen. et Potentien. (Marsico. Italien.)
- † Andreas Formica, Episc. Cuneen. (Cuneo. Italien.)
- † Carolus Savio, Episc. Asten. (Asti. Italien.)
- † Laurentius Gastaldi, Episc. Salutiar. (Saluzzo. Italien.)
- † Eugenius Galletti, Episc. Alba Pompejen. (Alba. Italien.)
- † Antonius Colli, Episc. Alexandrin. Pedemontan. (Alexandria.)
- † Augustinus Hacquard, Episc. Verdunen. (Verdun. Frankreich.)
- † Joseph Alphredus Foulon, Episc. Nanceyen. et Tullen. (Nancy und Toul. Frankreich.)
- † Henricus Bindi, Episc. Pistorien. (Pistoja. Italien.)
- † Antonius Grech Delicata Testaferatta, Episc. Calydonien. *electus*. (in part. infid.)
- † Franciscus Zunnui, Episc. Uxellen. et Terralben. (Ales. Italien.)
- † Petrus Georgius di Natale, Episc. Amiden. Chaldeor. (Diarbekir.)
- † Leo, Episcopus Rupellensis et Santonensis. (Rochelle. Frankreich.)

- † Franciscus Gros, Episcopus Tarantasiensis. (Tarantaise. Savoyen.)
- † Joannes Chrisostomus Kruesz, Archiabbas O. S. B. S. Martini. (Martinsberg. Ungarn.)
- † Guillelmus de Cesare, Abbas Montis Virginis. (Monte Vergine. Italien.)

Vorliegende Adresse wurde bei der Ueberreichung am 1. Juli vom Cardinal Patrigi vor dem heiligen Vater laut abgelesen, worauf derselbe folgende Antwort an die versammelten Bischöfe richtete :

VENERABILES FRATRES!

Perjucunda quidem, licet a fide et devotione vestra prorsus expectanda, Nobis fuerat nobilis illa concordia, qua, sejuncti ac dissiti, eadem tenere, eadem asserere profitebamini, quae Nos docueramus, et eosdem, quos damnaveramus, errores in religiosae civilisque societatis exitium invecos execrari. Verum multo jucundius Nobis fuit haec ipsa discere ex ore vestro, et nunc rursum a congregatis vobis explicatius et solemnius accipere; dum iis amoris et obsequii officiis Nos cumulatis, quae mentes affectusque vestros luculentius verbis ipsis aperiant. Curnam enim tam prono animo obsecundastis desiderio Nostro, omnique incommodo posthabito, ad Nos e toto terrarum orbe convolastis? Scilicet explorata vobis erat firmitas Petrae, supra quam aedificata fuit Ecclesia, perspecta vivifica ejus virtus; nec vos fugiebat, quam praeclarum utrique rei testimonium accedat a christianorum heroum Canonizatione. Duplex igitur hoc festum celebraturi confluxistis, non modo, ut sacris hisce solemniis splendorem adderetis, sed ut, universam veluti fidelium familiam referentes, praesentia vestra non minus, quam diserta professione testaremini, eandem nunc, quae duodeviginti ab hinc saeculis, vigere fidem, idem caritatis vinculum omnes nectere, eandem virtutem exeri ab hac Cathedra veritatis. Placuit vobis commendare pastorem sollicitudinem nostram, et quidquid pro viribus

agimus ad effundendam veritatis lucem, ad disiiciendas errorum tenebras, ad perniciem depellendam ab animabus Christi sanguine redemptis; nempe ut e conjunctis propriorum magistrorum sententiis ac vocibus, confirmentur christianae gentes in obsequio et amore erga hanc sanctam Sedem, in eamque acrius mentis oculos intendant. Corrogatis undique subsidiis huc convenistis civilem nostrum sustentaturi Principatum tanta oppugnatum perfidia; ideo sane ut splendidissimo hoc facto, et per collata catholici orbis suffragia necessitatem ejus ad liberum Ecclesiae regimen assereretis. Dilectum vero populum Romanum, indubiaque et clarissima ejus obsequii in Nos et dilectionis indicia meritis laudibus proseguenda duxistis; quo et alacriores ipsi adjiceretis animos, et eum vindicaretis a conflatis in ipsum calumniis, et foedam illis sacrilegae prodicionis notam inureretis, qui, felicitatis populi obtentu, Romanum Pontificem e solio deturbare conantur. Et dum arctioribus mutuae caritatis nexibus per hunc conventum obstringere studuistis omnes orbis Ecclesias; hoc etiam praestitistis, ut uberiore evangelico spiritu repleti ad Beatissimi Petri Principis Apostolorum et Pauli doctoris gentium cineres, fortiores inde discederetis ad perrumpendas hostium phalanges, ad tuenda religionis jura, ad unitatis studium creditis plebibus efficacius ingerendum. Quod sane votum apertius etiam se prodit in eo communi Concilii oecumenici desiderio, quod omnes non modo perutile sed et necessarium arbitramini. Superbia enim humana, veterem ausum instauratura, jamdiu per commentitium progressum civitatem et turrim extruere nititur, cujus culmen pertingat ad caelum, unde demum Deus ipse detrahi possit. At is descentisse videtur inspecturus opus, et aedificantium linguas ita confusus, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui: id enim animo obiiciunt Ecclesiae vexationes, miseranda civilis consortii conditio, perturbatio rerum omnium, in qua versamur. Cui sane gravissimae calamitati sola certe objici potest divina Ecclesiae virtus, quae tunc maxime se prodit, cum Episcopi a Summo Pontifice convocati, eo praeside conveniunt in nomine

Domini de Ecclesiae rebus acturi. Et gaudemus omnino, praevertisse vos hac in re propositum jamdiu a Nobis conceptum commendandi sacrum hunc coetum ejus patrocinio, cujus pedi a rerum exordio serpentis caput subjectum fuit, quaeque deinde universas haereses sola interemit. Satisfactori propterea communi desiderio jam nunc nunciamus, futurum quancumque Concilium sub auspiciis Deiparae Virginis ab omni labe immunis esse constituendum, et eo aperiendum die, quo insignis hujus privilegii ipsi collati memoria recolitur. Faxit Deus, faxit Immaculata Virgo, ut amplissimos e saluberrimo isto consilio fructus percipere valeamus. Interim vero Ipsa validissimo suffragio suo praesentibus necessariam adjunctis opem Nobis impleret, Deusque ejus precibus exoratus misericordiae suae divitias in Nos universamque Ecclesiam effundat. Nos certe amantissimi gratissimique animi sensu non extinguendo compulsi, enixe vobis adprecamur a Deo quidquid spirituali emolumento vestro, quidquid plebium vobis commissarum propectui, quidquid religionis et justitiae tutelae, quidquid civilis societatis tranquillitati benevultere possit. Et quoniam aliquot e vobis a peculiaribus populorum suorum necessitatibus coactos, citius a nobis discessuros esse comperimus; iis, si temporis angustiae singulos nobis complecti non sinant, in praesentiarum omnia ominamur secunda, et effuso cordis affectu bene precamur. Universis vero supernorum omnium bonorum copiosique divini auxilii auspicem, simulque praecipuae benevolentiae nostrae et grati animi testem, Benedictionem Apostolicam ex imo pectore depromptam peramanter impertimus.

Schließlich fügen wir als Anhang noch die Adresse, welche gelegentlich des Centenariums des Martyriums des heiligen Petrus von den katholischen Vereinen Oberösterreichs an den heiligen Vater gerichtet wurde und welche der hochwürdigste Bischof diesem zu überbringen die Gnade hatte. Diese lautet im lateinischen Original also:

BEATISSIME PATER!

Virorum catholicorum anno 1848 in civitate Linciensi ad res catholicas tuendas constituta societas moxque per totam Austriam superiorem reunionibus filialibus diffusa non potest non ardore, quo amantes erga patrem suum dilectissimum flagrare oportet filios, Tibi, sanctissime Pater, de decimo octavo Principis Apostolorum Romani Martyrii saeculo gaudium suum laetitiamque manifestam testatamque facere:

Haec vere est dies, quam fecit Dominus, exulemus et laetemur in ea!

Mille enim octingentosque ante annos Apostolorum Princeps Ecclesiae Romanae hac die sanguine suo primas in tota Christi ecclesia vindicavit partes, moriens s. Petrus indissolubili cum episcopatu Romano copulavit nexu totius ecclesiae primatum, quo in dies ecclesiasticae Domui firmum sit fundamentum, gregi pastor, discipulis magister et doctor. Exinde tota super universum terrarum orbem dispersa ecclesia communi semper conjungitur unitatis centro, exinde mysticum Christi corpus visibili, uti decet, continuo insignitur capite, exinde organismus Christi vices his in terris gerens vitali in dies vivificatur principio.

O dies fausta beataque!

Haec est dies, quam fecit Dominus, exulemus et laetemur in ea!

Millies octingentiesque jam cursu aniversario haec revertitur dies atque indebilitatum videt lux ejus resplendens hoc ecclesiae fundamentum, inconcussum hoc unitatis centrum, inexhaustum hoc vitale corporis principium, infractum hoc commune ecclesiae caput. Saepe fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania; astiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus: attamen portae inferi nunquam praevaluerunt adversus eum; ecclesia super petram aedificata nunquam vacillavit undique licet impugnata hostili cujusvis generis impetu; ecclesiastica navis forti

Petri gubernaculo directa constanter restitit humanae diabolicaeque malitiae undis omni cum vehementia ipsam agitantibus: Revera Christus semper cum sua fuit ecclesia, vere Spiritus s. nunquam non apud ecclesiam mansit, vere s. Petrus magistri sui divini oratione ipse confirmatus in fide semper confirmavit fratres suos, ut omnes occurrerint in fidei unitatem, ut ecclesia in dies semper exstiterit columna et firmamentum veritatis.

O dies faustior beatiorque!

Haec est dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea!

Quando autem unquam hostium impetus adversus ecclesiae fundamentum et centrum fuerunt vehementiores, quando unquam omnis generis machinationes contra Petri successorem frequentiores fortioresque nisi nostris diebus nostrisque temporibus? Proditio aperta occultaque, artificii bellici et diplomatici violentia, multitudinis caecae corruptio atque agitatorum clandestinorum et publicorum infernale odium adinvicem de palma certant in perturbando evincendoque Jesu Christi in terris vicario; ultima pontificiae gloriae romanae momenta jam proxime instantia furibundi Christi ecclesiae adversarii expectant; laetabundi mox jam pontificem romanum s. Petri patrimonio omnino spoliatum fore sperant exindeque omni sua auctoritate destitutum; jubilantes proxime jam de ecclesia catholica conclamatum esse putant, utpote quae modernis generis humani progressibus novisque aevi nostri ideis pertinaciter resistens jamjam omnium eruditiorum cultiorumque contemptui merito atque oblivioni rei antiquitatis debitae sit dicanda. Sed ecce! aniversarius s. Petri martyrii dies millesimus octingentesimusque illucescit; undique ad Petri limina confluent fideles catholici; ex omnibus terrae partibus quam maxima episcopaliū pastorum multitudo ad communem currit patrem; ubicumque, qua late patet orbis terrarum, ecclesiae catholicae sunt filii, spiritu oculos suos Romam convertunt, communi desiderio communique amore Patri suo Romano hac praesertim festiva die uniuntur, mente et corde s. Petri triumphalem participant diem; en unam

illam, sanctam, catholicam et apostolicam Christi ecclesiam, novo vere atque inaudito hucusque splendore splendentem, en novo vere recentique vigore vigentem illam, quam fere putabant mortuam: stupendum certe spectaculum, manifestum divinae providentiae opus, indubium divinae veritatis documentum, certissimum meliorum temporum futurorum pignus.

O dies ter fausta terque beata!

Haec est dies quam fecit Dominus, exultemus et laetemur in ea!

Hanc vero saecularem diem Deus Optimus Maximus digne justequè largitus est Tibi, gloriosissime Pater, Tibi, qui omni respectu verus es s. Petri successor, qui tamquam vera ecclesiae petra invincibili constantia justum rectumque defendis, qui ceu verus totius Orbis doctor tot allocutionibus totque encyclicis litteris, praecipue praeclaro illo syllabo, proscriptis jure merito nostri aevi erroribus divinam proclamasti veritatem inque dies proclamas, qui dogmatica edita immaculae B. M. V. conceptionis definitione Matris et Filii auctum honorem sapienter opposuisti multis illis, quibus nostris diebus Christus ejusque Mater ab impiis ecclesiae adversariis afficiuntur ignominis, qui jam anno 1862 ad solemnem Japonensium martyrum canonisationem convocatis undique episcopis splendidissimum rei catholicae egisti triumphum, qui pluribus Dei servis in canonem sanctorum beatorumque relatis contra terrestrem mere et temporalem aevi nostri tendentiam veram rectamque humanae vitae rationem dignis coronasti laudibus gloriisque, qui denique spiritu superno afflatus, divina mere innixus providentia hanc festivam saecularem indixisti diem, eoque omnibus bonae fidei hominibus tantum parasti gaudium tantamque jubilationem. Profecto Te, Sanctissime Pater, Te, inconcussum veri justique confessorem et defensorem, veritatis divinae doctorem intrepidum, Christi ejusque Matris gloriae aemulum, vere alterum Petrum fidelemque Christi vicarium, potissimum hae triumphali die saeculari primi Christi in terris vicarii, primi ecclesiae capitis visibilis gloriam celebrare decuit atque con-

decorare: Tantus Pater tanta die tanti Parentis solemnem peragit memoriam!

O dies ter quaterque fausta terque quaterque beata!

Quapropter ex intimo, quo possumus corde, hoc saeculari festo gratulamur Tibi, gloriosissime Pater, et gratulamur Urbi aeternae per Te tanta gloria condecoratae, gratulamur toti catholico Orbi per Te tantis benedictionibus gratiisque cumulado, necnon gratulamur et nobis, quibus tantam tanti Patris nostri festivam diem, ni corporis saltem spiritus oculis, videre est datum.

Ut autem pro tanto gaudio tantaque laetitia debitas referamus gratias, haec nostra catholicorum virorum in dioecesi Lincienti constituta societas Tibi, sancte Pater, in omnibus sua profitetur obsequia, subjectionem, obedientiam: Te visibilem Christi in terris vicarium, Te doctorem divinae veritatis, Te pastorem christiani gregis in omni nostra sentiendi agentique ratione, uti fideles decet catholicos bonosque filios, imperturbato animo semper sequemur ducem; ad Te ibimus, qui habes verba vitae aeternae, qui geris claves regni coelorum, cui adhaerere pignus est felicitatis nostrae his in terris et in coelis futurae beatitatis. Utinam Deus doctorem tantum tantumque pastorem per quam multos adhuc annos nobis conservare velit, multasque quoque ecclesiae suae per Ipsum concedat gratias, novos in dies triumphos, novas rei catholicae victorias!

Universae autem nostrae catholicae virorum societati Tuam, Beatissime Pater, enixe apprecamur Apostolicam Benedictionem, a qua omne nobis robur et in adversis constantiam atque munimen pollicemur.

Der Central-Katholikenverein in Linz wurde von Sr. Heiligkeit mit folgender Antwort beglückt:

Pius P. P. IX.

Dilecti Filii, salutem et apostolicam Benedictionem. Eo jucundiores fuere Nobis devotionis Vestrae significationes, quod simul adstipulentur totius orbis catholici vocibus, simulque eri-

gendae fovendaeque fidei vestrae sint aptissimae. Qui enim admiramini perpetuum Ecclesiae splendorem constantemque soliditatem hujus Cathedrae veritatis, sentire necessario debetis, optimam Vos elegeris partem, cum in catholicarum rerum tutelam coivistis. Nequitis enim non perspicere, defendendam Vos suscepisse eam Petram, quae concuti nescia, nec infernos nec humanos pavet incursus; ac immota frangit utrosque eo gloriosius, quo gravius impetitur. Id Vobis ostendit divinum placitum per incrementa societatis Vestrae: id demonstrat accessio copiosissimae sodalitatis S. Michaelis Archangeli in eundem finem latissime propagatae, id probant laeti caritatis fructus passim editi sive in aegrorum auxilium, sive in miserorum solatium, sive in religionis fomentum, sive in evangelii diffusionem a variis sodalitatibus, quae vel a S. Vincentis de Paulo, vel a S. Josepho, vel a S. Bonifacis aliove caelitibus nomen mutantur. Qua de re si delectamur officiis Vestris, si gaudemus Ecclesiae, quod in ipsa insectione, quam patitur, hisce subsidiis ornamentisque augeatur; merito etiam gratulamur Vobis, quorum pietati studioque haec debentur, quique in iisdem haud obscuram fidei Vestrae sanctionem coronamque conspiciatis. Alacriter itaque instate coeptis, certi non modo de victoria causae, quam propugnandam suscepistis, sed et de mercede eo largiore, quo studiosiorem operam ad illius defensionem contuleritis. Nos hanc Vobis adprecamur amplissimam, et copiosa interim coelestis gratiae auxilia, utrorumque vero auspicem et grati animi Nostri paternaeque benevolentiae pignus Apostolicam Benedictionem Vobis omnibus peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 31. Julii 1867.

Pontificatus Nostri Anno XXII.

Pius IX.